



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Institutiones Canonicae

Schnorrenberg, Anno

Coloniae, 1740

XIX. Non est sine culpa, qui rei, quæ ad eum non pertinet, se immiscet.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-62040](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-62040)

REGULA XIX.

Non est sine culpa, qui rei, quæ ad eum non pertinet, se immiscet.

Quæres primò. Quis rei, quæ ad eum non pertinet, se immiscere dicitur?

R. 1^{mo} Qui rem alienam invadit. 2^{do}. Qui possessionem vacuum propriam occupat auctoritate. 3^{tio}. Qui domino invito ejus negotium administrat. 4^{to}. Qui alterius officium vel Jurisdictionem absque data commissione exercet. 5^{to}. Qui scientiam, officium vel artem, quam non callet, cujus incapax est, quæque statum ejus dedecet, proficitur.

Quæres secundo. Quis hujus Regule sentus?

R. Immiscens se rei alienæ, in qua nihil juris habet, vel negotio, aut ratione statûs, aut imperitiæ sibi prohibito, culpam non vacat, ideoque 1^{mo}. ad damni etiam casu fortuito absque nova culpa secuti reparationem tenetur. 2^{do}. Ad pœnam quoque publicam pro facti

vel circumstantiarum qualitate obligatur.

Quæres tertio. Quæ hujus Regule exempla?

R. 1^{mo}. Si res aliena per casum merè fornicatum apud malæ fidei possessorem perit, hic ad restitutionem tenetur, cum semper sit in mora restituendi. 2^{do}. Clericus contra statûs decentiam balistariis vel alteri militari lului se immiscens, si quem occidit, irregularitatis contrahit impedimentum. *Can. Clerico. 37. dist. 50.* 3^{tio}. Clericus vel Religiosus Chirurgiam exercens, vel Doctorem Medicum agens, si ex ejus medicina vel operatione infirmus obierit, irregularitatem incurrit. *Cap. tuos. 19. de homicid. Similia exempla habentur in cap. Presbyterium. 7. cap. continebatur. 8. cap. ad audientiam. 12. de homicid. Cap. fin. eod. in 6.*

CASUS.

Evagrus Religiosus ludo immodestorum juvenum se immiscens Ecclesiæ fenestram fortuito casu frangit (A) vespertino tempore demisso exivit habitu, & circumvagatus defensionis

propriæ gratiâ aliquem mutilat, ideoque irregularitatem metuit. (B) Cui-dam mulieri tumorem per incisivam curare nititur, quæ ob negligentiam ipsius moritur, in quo casu cum chari-tatis

tatis præstitisset officium, ab omni culpa se putat esse immunem. (C) Ex conclavi vicini sui vestem surripit, quæ ex ejus cubiculo furto sublata est, an-

gitur an ad restitutionem teneatur, pro excusatione affert, quod in perditione nulla culpa intercesserit. (D)

RESOLUTIO.

[A] AD reparationem fenestræ obligatur, eò quod ludo illicito sese immiscuerit. Arg. cap. continebatur. 8. & cap. sicut. 20. de homicid.

(B) Merito metuit irregularitatem, quia operam rei illicitæ dedit, ex qua ad casum de homicidio forruito tenetur. Cap. suscepimus. 10. de homicid.

(C) Irregularitatem incurrit, quia sese immiscuit rei, quæ ad eum non pertinebat. Cap. sua nos. 19. de homicid.

(D) Ad restitutionem obligatur, eò quod in mora fuerit, & si culpa casum prævenit, de casu quis tenetur. Glos. in hanc Regulam.



REGULA XX.

Nullus pluribus uti defensionibus prohibetur.

Quæres primo. Quid hic nomine defensionis intelligitur?

ꝛ. In processu judiciario Actor, sive qui alterum in Judicium vocavit, suam proponit actionem, seu exponit, quale obtineat jus prosequendi in Judicio, quod ab altero sibi debetur. è contra provocatus sive reus se defendit, opponendo exceptionem vel dilatoriam, quâ contra se institutam retardat actionem, vel peremptoriam, quâ adversarii actio penitus eliditur. Sit pro exemplo. Titius in Judicio convenit Cajum exigens ab eo centum imperiales sibi per stipulationem debitos.

R. D. Schnorrenberg in Reg. Jur.

Cajus reus seu provocatus se defendit per exceptionem vel dilatoriam, Judicem suspectum recusando, vel peremptoriam se vi vel metu adactum stipulationem fecisse allegando.

Quæres secundo. Quis hujus Regulæ sensus?

ꝛ. Quamvis actor ex pluribus actionibus circa eandem rem concurrentibus unam debeat experiri, nihilominus reus, cui lis movetur, pro juris sui conservatione plures titulos, ut donationem, transactionem, præscriptionem, privilegium defensionis gratiâ allegandi habet licentiam, ac ita pluri-

L bus